Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31238
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">>



li. Adhuc te pecu unum ue di-
cas nobi. si tu es xpus filius dei.
Dixit illi ihs. Tu dicisti. ue-
rum dico uobi amo uidebis
filium hominis sedentem a dextris
uirtutis dei et uenientem cum nubi-
bus celi. Tunc princeps sacerdo-
tum scidit uestimenta sua di-
cens. Blasphemauit. Quid
adhuc egemus testibus. Ecce
nunc audistis blasphemiam.
Quid uobis uidetur. At illi
respondentes dixerunt. Reus est
mortis. Tunc exspuerunt in
facie eius et colaphis eum
ceciderunt. Alii autem palmas
in facie eius dederunt dice-
tes. Prophetiza nobis xpe. quis
est qui percussit te. Petrus uero sed-
ebat foris in atrio et accessit
ad eum una ancilla dicens. Et
tu cum ihu galileo eras. At il-
le negauit coram omnibus dicens.
Nescio quid dicis. Exeunte
autem illo ianua. uidit eum a-
lia ancilla. Et ait his qui
erant ibi. Et hic erat cum
ihu nazareno. Et iterum ne-
gauit cum iuramento. Quia non
noui hominem. Et post pusillum
accesserunt qui stabant et dixerunt
petro. Vere et tu ex illis es.
Nam et loquela tua manifestum
te facit. Tunc cepit detesta-
ri et iurare. quia non nouisset
hominem. Et continuo gallus can-
tauit. Et recordatus est pe-
trus uerbi ihu quod dixerat pri-
usquam gallus cantet ter me
negabis. Et egressus foras.
flenit amare. Mane autem om-
nes filii israel fecerunt consilium
de principes sacerdotum et seniores populi ad u-
sum ihu. ut eum morti tradere-
nt. Et uinctum adduxerunt
eum et tradiderunt pontio pi-
lato presidi. Tunc uidens iudas
quod eum tradidit quod damnatus
esset. penitentia ductus retu-
lit triginta argenteos prin-
cipibus sacerdotum et seniorib[us]
dicens. Peccaui tradens san-
guinem iustum. At illi dixerunt.
Quid ad nos tu uideris. Et p-
iectis argenteis in templo re-
cessit. et abiens laqueo se su-
spendit. Principes autem sacer-
dotum acceptis argenteis dixe-
runt. Non licet eos mittere
in corbonam. quia pretium sangui-
nis est. Consilio autem inito emer-
unt ex illis agrum figuli in se-
pulturam peregrinorum. Propter
hoc uocatus est ager ille ach-
eldemach. Hoc est ager san-
guinis usque in hodiernum diem.
Tunc impletum est. quod dictum est
per hieremiam prophetam dicentem.
Et acceperunt triginta argen-
teos pretium appreciati. quem ap-